



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 137. Legati Pontificii huic Decreto obsistentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. *Et censuræ ac mandata, Et quicquid in pro-*
A. C. 1435. *judicium decreti hujus fieri continget, nullum*
obtinere vires, atque irrita censeantur. Et
si (quod absit) Romanus Pontifex, qui pro
cæteris universalium Conciliorum exequi, &
custodire Canones debet, adversus hanc Syn-
tionem aliquid faciendo, Ecclesiam scandali-
zet, generali Concilio deferatur. Ceteri ve-
ro pro modo culpæ juxta canonicas Sanctio-
nes per suos Superiores digna ultione puni-
tur. Hoc decretum eo tempore, quo
Concilium, etiam fatentibus ipsis adver-
sariis, Generale ac legitimum censebatur,
conditum fuisse constat.

§. CXXXVII.

Legati Pontificis huic Decreto obstre-
punt.

Decreti hujus de Annatis promulgatio-
 ni pro viribus sese opponerent Euge-
 genii Pontificis Legati, nempe Archi-
 episcopus Tarentinus, & Patavinus Epis-
 copus, graviter conquesti, illud Pontifice
 inconsulto & spreto Cardinalium, aliorum-
 que, quorum interesset, judicio confe-
 ctum; quocirca publice contestabantur,
 hoc decretum iniquum prorsus, atque Ec-
 clesiæ Romanæ præjudiciosum esse, cum
 Annatæ, & minuta, ut vocant Servitiæ,
 absque ulla Cleri, vel cujusquam Synodi
 Generalis oppositione, diuturno admo-
 dum

dum tempore summis Pontificibus per-^{ſæcul. XV.}
 ſolutæ fuiſſent, earumque abrogatio Pon-^{A. C. 1435.}
 tificem, ejuſque curiam ad turpiſſimam
 inopiam deprimeret, ſimulque arma, qui-
 bus Hæreticorum inſolentias frangeret,
 ex ejuſ manibus extorqueret. Nihilomi-
 nus Synodus inſuperhabitls his rationi-
 bus decretum publicavit, quod ab omni-
 bus Concilii Patribus unanimi voto acce-
 ptatum, a Juliano Cardinale Synodi Præ-
 fide confirmatum fuit (*).

§. CXXXVIII.

(*) *Facile ii, qui Baſileenſis Concilii acta ſine
 partium ſtudio pervolvunt, deprehendere valent,
 Baſileenſes prætenſum reformandæ Eccleſiæ Ze-
 lum potiſſimum in deprimendâ ſummi Pontificis
 auctoritate conſtituiſſe; iisdem quoque ſtimulis
 Continuator noſter videtur agitatſus, dum ſolli-
 cite adeo etiam minima, quæ ejuſmodi depreſſio-
 nem ſapiunt, recenset, & additis ſuis reflexioni-
 bus extollit. Optandum tamen, ut, qui in cete-
 ris adeo fideliter Spondanum Galliæ Episcopum
 ſecutus eſt, tanquam ſeverum veritatis aſſertorem,
 quæ de Baſileenſium intentione ſcripta reliquit,
 ſilentio non præteriſſet; Lectori haud ingra-
 tum fore arbitramur, ſi digniſſimi hujus Præſulis
 verba huic Libro inferamus: Quod tamen
 (ſcilicet Decretum de Annatis) Baſileenſes hoc
 tempore non aliquo pietatis, aut juſtitiaæ Zelo,
 quo alias res commodius tractari potuiſſet, con-*